

Universitätsbibliothek Wuppertal

P. Vergili Maronis Aeneis

Vergilius Maro, Publius

Berolini, 1889

IV.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-730](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-730)

IV.

700	Dido ab Anna sorore curarum conscia ad bonam spem excitata — 53	Didos amor,
	dis frustra imploratis furioso capitur Aeneae amore. 89	discidium curaque,
705	Iuno cum Venere de conubio Aeneae Didonisque communicat 128	
	et ad venationem profectos tempestatem subterfugere cogit. 172	
710	Coniunctionem eorum Iarbas, ubi Fama detulit, apud Iovem queritur, 218	
	a quo Mercurius Carthaginem missus Aeneam ibi vetat morari. 278	
	Dido Aeneam Iovi parere parantem benignis verbis interpellat; 330	
	deinde vituperando minandoque animum eius frangere conata 392	
	per Annam, ne media hieme proficiscatur, frustra eum obsecrat; 449	
715	tum mori parata reliquias Aeneae simulat se combusturam. 503	
	rogo exstructo sacra facit insomnemque deliberando noctem agit. 553	
	Aeneas denuo, ut fugeret, admonitus noctu naves conscendi iubet. 583	exitum.
	discedentem mane ut animadvertit, Dido irata exsecratur diris 631	
	arbitrisque remotis Aeneae gladio perfossa in rogo moritur.	

At regina gravi iamdudum saucia cura
 volnus alit venis et caeco carpitur igni.
 multa viri virtus animo multusque recursat
 gentis honos; haerent infixi pectore voltus
 verbaque nec placidam membris dat cura quietem.
 postera Phoebea lustrabat lampade terras 5
 4. *N. 368.*
 4. *III, 588*
 u. umentemque Aurora polo dimoverat umbram,
 cum sic unaniam adloquitur male sana sororem:
 'Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!
 quis novus hic nostris successit sedibus hospes, 10
 quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis!
 credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.
 degeneres animos timor arguit. heu, quibus ille
 iactatus fatis! quae bella exhausta canebat!
 si mihi non animo fixum immotumque sederet, 15
 ne cui me vinclo vellem sociare iugali,
 postquam primus amor deceptam morte fefellit,
 si non pertaesum thalami taedaeque fuisset,

huic uni forsā potui succumbere culpae.
 Anna, fatebor enim, miseri post fata Sychaei 20
conitigis et sparsos fraterna caede penatis,
 solus hic inflexit sensus animumque labantem
 impulit. agnosco veteris vestigia flammae.
 sed mihi vel tellus, optem, prius ima dehiscat
 vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, 25
pallentis umbras Erebi noctemque profundam,
 ante, pudor, quam te violo aut tua iura resolvo.
 ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
 abstulit, ille habeat secum servetque sepulcro.
 sic effata sinum lacrimis implevit obortis. 30

Anna refert: 'o luce magis dilecta sorori,
 solane perpetua maerens carpere iuventa
 nec dulcis natos Veneris nec praemia noris? - *Val. Fl. III, 317.*
 id cinerem aut manis credis curare sepultos?
 esto: aegram nulli quondam flexere mariti, 35
 non Libyae, non ante Tyro; despectus Iarbas
 ductoresque alii, quos Africa terra triumphis
 dives alit; placitone etiam pugnabis amori?
 nec venit in mentem, quorum consederis arvis?
 hinc Gaetulae urbes, genus insuperabile bello, 40
 et Numidae infreni cingunt et inhospita Syrtis;
 hinc deserta siti regio lateque furentes
Barcae. quid bella Tyro surgentia dicam
 germanique minas?
 dis equidem auspicibus reor et Iunone secunda 45
 hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
 quam tu urbem, soror, hanc cernes, quae surgere regna
 coniugio tali! Teucrum comitantibus armis
 Punica se quantis attollet gloria rebus!
 tu modo posce deos veniam sacrisque litatis *f.* 50
 indulge hospitio causasque innecte morandi,
 dum pelago desaevit hiems et aquosus Orion,
 quassataeque rates, dum non tractabile caelum.' *cf. 439.*

His dictis incensum animum inflammavit amore

21 secl. Peerlk. 25 *abigat* Fy¹ Ribb. 26 *Erebo* FGP¹Ry¹
 Serv. Ribb. 41 *damn.* Heidtm. 1885, VII. 41 s. Kl. mavult *hinc*
Numidae infr. c. om. verbis et . . regio. at inhosp. S. hinc, des.
s. r. prop. Bähr. 1887, 807. v. 51 optime orationem Annae con-
cludi putat Ribb.; et damn. 53 dum . . caelum. 54 incensum] penso
 P¹ *impenso* F¹P² (cf. Serv. pl.) Ribb. *flammavit* FP¹Rc Ribb.

20 spemque dedit dubiae menti solvitque pudorem.
 principio delubra adeunt pacemque per aras
 25 exquirunt; mactant lectas de more bidentis
 legiferae Cereri Phoeboque patrique Lyaeo,
 Iunoni ante omnis, cui vincla iugalia curae.
 ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
 30 candentis vaccae media inter cornua fundit
 aut ante ora deum pinguis spatiat ad aras
 instauratque diem donis pecudumque reclusis
pectoribus inhians spirantia consulit exta.
 heu vatum ignarae mentes! quid vota furentem, *f. Meinte* 65
 quid delubra iuvant? est mollis flamma medullas
 interea et tacitum vivit sub pectore volnus.
 uritur infelix Dido totaque vagatur
 urbe furens, qualis coniecta cerva sagitta,
 40 quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
 pastor agens telis liquitque volatile ferrum
 nescius; illa fuga silvas saltusque peragrat
 Dictaeos; haeret lateri letalis harundo.
 nunc media Aenean secum per moenia ducit
 Sidoniasque ostentat opes urbemque paratam
 45 incipit effari mediaque in voce resistit,
 nunc eadem labente die convivia quaerit
 Iliacosque iterum demens audire labores
 exposcit pendetque iterum narrantis ab ore.
 post, ubi digressi, lumenque obscura vicissim
 50 luna premit suadentque cadentia sidera somnos,
 sola domo maeret vacua stratisque relictis
 incubat: illum absens absentem auditque videtque.
 aut gremio Ascānum genitoris imagine capta
 detinet, infandum si fallere possit amorem.
 55 non coepit adsurgunt turres, non arma iuventus
 exercet portusve aut propugnacula bello
 tuta parant; pendent opera interrupta minaeque
 murorum ingentes aequataque machina caelo.
 Quam simul ac tali persensit peste teneri
 60 cara Iovis coniunx nec famam obstare furori,
 talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis:
 egregiam vero laudem et spolia ampla refertis

58 *frugiferae* F¹Ry² -*ferae* P 75 distinct. post paratam
 sustulit Kl. 1872, 6. 83 *illum . . videtque* in parenth. pon. Ribb.
 84/5 post 79 poni vult Peerlk., damn. Gebh.

5*

ad v. 56 of. *Sil.* XV, 434. pacem imperari poterat ad aras.

20

25

30

35

40

45

50

55

60

65

70

1370

IV 535
 Mar. V, 1229
 Val. XL, IV, 844

Val. Fl. III, 517

re regna

of. 459.

re

rebo FGP¹Ry¹
 mavult hinc
 S. hinc, des.
 n Annae con-
 sensum] penso
 Re Ribb.

tuque puerque tuus: magnum et memorabile nomen,
una dolo divom si femina victa duorum est. 95
 nec me adeo fallit veritam te moenia nostra
 suspectas habuisse domos Karthaginis altae.
 sed quis erit modus, aut quo nunc certamine tanto?
 quin potius pacem aeternam pactosque hymenaeos
 exercemus? habes, tota quod mente petisti: 100
 ardet amans Dido traxitque per ossa furorem.
 communem hunc ergo populum paribusque regamus
 auspiciis; liceat Phrygio servire marito
 dotalisque tuae Tyrios permittere dextrae.

Olli (sensit enim simulata mente locutam, 105
 quo regnum Italiae Libycas averteret oras)
 sic contra est ingressa Venus: 'quis talia demens
 abnuat aut tecum malit contendere bello?
 si modo, quod memoras factum, fortuna sequatur.
 sed fatis incerta feror, si Iuppiter unam 110
 esse velit Tyriis urbem Troiaque profectis
 miscerive probet populos aut foedera iungi.
 tu coniunx, tibi fas animum temptare precando;
 perge, sequar.' tum sic excepit regia Iuno:

'mecum erit iste labor. nunc qua ratione, quod instat, 115
 confieri possit, paucis (adverte) docebo.
 venatum Aeneas unaque miserrima Dido
 in nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
 extulerit Titan radiisque retexerit orbem.

his ego nigrantem commixta grandine nimum, 120
 dum trepidant alae saltusque indagine cingunt,
 desuper infundam et tonitru caelum omne ciebo.
 diffugient comites et nocte tegentur opaca:
 speluncam Dido dux et Troianus eandem
 devenient. adero et, tua si mihi certa voluntas, 125
 [conubio iungam stabili propriamque dicabō] *cf. 11/9*
 hic Hymenaeus erit.' non adversata petenti
 adnuit atque dolis risit Cytherea repertis.

Oceanum interea surgens Aurora reliquit:
 it portis iubare exorto delecta iuventus; 130
 retia rara, plagae, lato venabula ferro
 Massylique ruunt equites et odora canum vis.

rumef.
g. II, 228 al.

94 *numen* libri praeter χ ; cf. Ov. M. X 608. Ribb. in ed. mai.
 98 *certamina tanta* Heins. 126 (=173) *damn.* Peerlk. Lad. Ribb.
 130/32 post 150 poni vult Kl. 1879, 14. 132 *odorisequom vis*

reginam th
 Poenorum
 stat sompes
 tandem p
 Sidoniam
 cui pharetra
 aurea purpu
 nec non et
 incedunt.
 infert se so
 qualis ubi
 deserit ac l
 instauratque
 Cretesque
 ipse iugis
 fronde pret
 tela sonant
 Aeneas, ta
 postquam
 ecce ferae
 decurrere
 (transmittu
 pulverulen
 at puer A
 gaudet eg
 spumanten
 optat apru
 Inter
 incipit; in
 et Tyrii co
 Dardanius
 lecta metu
 spelunca
 deveniunt.
 dant signu
 conubis su
 ille dies p
 causa fuit

Bähr. 1887
 amnes Th
 tremuit P
 Peerlk.

X

95 reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Poenorum exspectant, ostroque insignis et auro
 stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit. 135
 tandem progreditur magna stipante caterva 4. II.
 Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.
 100 cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurem,
 aurea purpuream subnectit fibula vestem.
 nec non et Phrygii comites et laetus Iulus 140
 incedunt. ipse ante alios pulcherrimus omnis
 infert se socium Aeneas atque agmina iungit.
 qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
 105 deserit ac Delum maternam invisit Apollo
 instauratque choros, mixtique altaria circum 145
 Cretesque Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi;
 ipse iugis Cynthi graditur mollique fluentem
 fronde premit crinem fingens atque implicat auro,
 110 tela sonant umeris: haud illo segnior ibat
 Aeneas, tantum egregio decus enitet ore. 150
 postquam altos ventum in montis atque inuia lustra,
 ecce ferae saxi deiectae vertice caprae
 decurrere iugis; alia de parte patentis
 115 ^{In IV. 622} ~~transmittunt~~ ^{transmittunt} cursu campos atque agmina cervi *
 pulverulenta fuga glomerant montisque relinquunt. 155
 at puer Ascanius mediis in vallibus acri
 gaudet equo iamque hos cursu, iam praeterit illos
 spumantemque dari pecora inter inertia votis
 120 optat aprum aut fulvum descendere monte leonem.
 Interea magno misceri murmure caelum 160
 incipit; insequitur commixta grandine nimbus;
 et Tyrii comites passim et Troiana iuventus
 Dardaniusque nepos Veneris diversa per agros
 125 tecta metu petiere, ruunt de montibus amnes:
 speluncam Dido dux et Troianus eandem 165
 deveniunt. prima et Tellus et pronuba Iuno
 dant signum; fulsere ignes et conscius aether
 conubis summoque ulularunt vertice nymphae.
 130 ille dies primus leti primusque malorum
 causa fuit. neque enim specie famave movetur, 170

Bähr. 1887, 811. post 155 lac. stat. idem. 164 verba ruunt . .
 amnes Thiloni secludenda videntur. 166 primitae (om. et) Heins.
 tremuit Peerlk. Venus et Bähr. ib., sed cf. VII 136. 167 dat
 Peerlk. 168 conubiis Ribb. cf. Lachm. Lucr. 280. conubii P²RVb²c²

* *Sauvages: tander: Da Krochis heron*

nec iam furtivum Dido meditatur amorem;
coniugium vocat, hoc praetexit nomine culpam.

Extemplo Libyae magnas it Fama per urbes,

Fama, malum qua non aliud velocius ullum;

mobilitate viget virisque adquirit eundo;

175

parva metu primo, mox sese attollit in auras

ingrediturque solo et caput inter nebula condit.

illam Terra parens ira inritata deorum

extremam, ut perhibent, Coeo Enceladoque sororem

progenit pedibus celerem et pernicibus alis,

180

monstrum horrendum, ingens, cui, quot sunt corpore plumae,

tot vigiles oculi; subter (mirabile dictu)

tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit auris.

nocte volat caeli medio terraeque per umbram

stridens nec dulci declinat lumina somno;

185

luce sedet custos aut summi culmine tecti

turribus aut altis et magnas territat urbes

tam ficti pravique tenax quam nuntia veri.

haec tum multiplici populos sermone replebat

St. 1. 16. 17. 18. gaudens et pariter facta atque infecta canebat:

190

venisse Aenean Troiano sanguine cretum,

cui se pulchra viro dignetur iungere Dido;

2. nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere

regnorum immemores turpique cupidine captos.

haec passim dea foeda virum diffundit in ora.

195

protinus ad regem cursus detorquet Iarban

incenditque animum dictis atque aggerat iras.

Hic Hammone satus rapta Garamantide nympa

templa Iovi centum latis immania regnis,

centum aras posuit vigilemque sacraverat ignem,

200

excubias divom aeternas; pecudumque cruore

pingue solum et variis florentia limina sertis.

isque amens animi et rumore accensus amaro

dicitur ante aras media inter numina divom

multa Iovem manibus supplex orasse supinis:

205

‘Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis

gens epulata toris Lenaeum libat honorem,

aspicis haec? an te, genitor, cum fulmina torques,

nequiquam horremus, caecique in nubibus ignes

174 quo P¹V²bcπ Serv. 182 post oculi distinxit C. Nauck
ZGW. 1874, 709. 193 quam longa] quocunque Heidtm. 1885, 7.
204 munera ‘multi’ ap. Serv. pl., def. Kv. 1881, 85.

terrifican

femina, q

exiguam p

cuique p

reppulit

et nunc i

Maeonia

subnexus

quippe tu

Talib

auditi om

regia et o

tum sic M

vade age

Dardanium

exspectat

adloquere

non illum

promisit

sed fore,

Italiam re

proderet

si nulla

nec sup

Ascanion

quid str

nec pro

naviget!

Dixe

imperio:

aurea, q

seu terra

tum vir

pallentis

dat som

illa fretu

nubila.

217

submixta

Gratumq

opera?

v. Güthl.

terrificant animos et inania murmura miscent? 210
 femina, quae nostris errans in finibus urbem
 exiguam pretio posuit, cui litus arandum
 cuique loci leges dedimus, conubia nostra
 reppulit ac dominum Aenean in regna recepit.
 et nunc ille Paris cum semiviro comitatu 215
 Maeonia mentum mitra crinemque madentem
 subnexus raptu potitur: nos munera templis
 quippe tuis ferimus famamque fovemus inanem.

Talibus orantem dictis arasque tenentem 220
 audiit omnipotens oculosque ad moenia torsit
 regia et oblitus famae melioris amantis.

tum sic Mercurium adloquitur ac talia mandat:
 'vade age, nate, voca Zephyros et labere pinnis
 Dardaniumque ducem, Tyria Karthagine qui nunc
 expectat fatisque datas non respicit urbis, 225
 adloquere et celeris defer mea dicta per auras. q. 270. 357.

non illum nobis genetrix pulcherrima talem
 promisit Graiumque ideo bis vindicat armis,
 sed fore, qui gravidam imperiis belloque frementem
 Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucrici 230
 proderet ac totum sub leges mitteret orbem.

si nulla accendit tantarum gloria rerum
 nec super ipse sua molitur laude laborem,
 Ascanione pater Romanas invidet arces?
 quid struit? aut qua spes inimica in gente moratur, 235
 nec prolem Ausoniam et Lavinia respicit arva?
 naviget! haec summa est; hic nostri nuntius esto.'

Dixerat. ille patris magni parere parabat
 imperio: et primum pedibus talaria neclit
 aurea, quae sublimem alis sive aequora supra
 seu terram rapido pariter cum flamine portant;
 tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco
 pallentis, alias sub Tartara tristia mittit,
 dat somnos adimitque et lumina morte resignat.
 illa fretus agit ventos et turbida tranat 245
 nubila. iamque volans apicem et latera ardua cernit

217 *subnexus* cod. Basil. F. 3, 3 et Leidens. Stat. Silv. V 3, 115.
subnexus boni libri et Serv. 227 *genetrix nobis* P¹ Ribb. 228
Graiumque . . . *armis* secl. Gebh. 236 damn. Ribb. 244 *morte*
operta? nocte coni. Heyne. verba et . . . *res.* damn. Peerlk., totum
 v. Güthl.

Odyss. V. 43 ff.
 240
 ἄμα πτερῶν ἄριστοι
 ἴδω. 157.

- Atlantis duri, caelum qui vertice fulcit,
 Atlantis, cinctum adsidue cui nubibus atris
 p̄niferum caput et vento pulsatur et imbris;
 nix umeros infusa tegit; tum flumina mento 250
 praecipitant senis et glacie riget horrida barba.
 hic primum paribus nitens Cyllenius alis
 constitit, hinc toto praiceps se corpore ad undas
 misit avi similis, quae circum litora, circum
 piscosos scopulos humilis volat aequora iuxta. 255
 haud aliter terras inter caelumque volabat
 litus harenosum ad Libyae ventosque secabat
 materno veniens ab avo Cyllenia proles.
 ut primum alatis tetigit magalia plantis,
 Aenean fundantem arces ac tecta novantem 260
 conspicit. atque illi stellata iaspide fulva
 ensis erat Tyrioque ardebat murice laena
 demissa ex umeris, dives quae munera Dido
 fecerat et tenui telas discreverat auro.
 continuo invadit: 'tu nunc Karthaginis altae 265
fundamenta locas pulchramque uxorius urbem
 extruis? heu regni rerumque oblite tuarum!
 ipse deum tibi me claro demittit Olympo
 regnator, caelum et terras qui numine torquet,
 ipse haec ferre iubet celeris mandata per auras. 270
 quid struis? aut qua spe Libycis teris otia terris?
 si te nulla movet tantarum gloria rerum,
 nec super ipse tua moliris laude laborem,
 Ascanium surgentem et spes heredis Iuli
 respice, cui regnum Italiae Romanaque tellus 275
 debentur.' tali Cyllenius ore locutus
 mortalis visus medio sermone reliquit
 et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
 At vero Aeneas aspectu obmutuit amens,
 arrectaeque horrore comae et vox faucibus haesit. 280
 ardet abire fuga dulcisque relinquere terras
 attonitus tanto monitu imperioque deorum.
 heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem

256 *legebat* Bentl. Hor. I 34, 5. 256/8 om. b¹, damn. Bryant,
 Gruppe 27, Ribb. 269 *ac* P¹ya Ribb. *terras*] *stellas* P. Corssen
 RhM. 1886, 242. 273 (~ 233) libri non exhibent nisi γ²a²b²c, def.
 Wagn. LV. 79. 280 (= XII 868) damn. Bros., improb. Ribb. et Albr.
 418. *et vox . . haesit* secl. Gebh.

audeat ad
 [atque ani
 in partisq
 haec alt
 Mnesthe
 classem ap
 arma pare
 dissimulen
 nesciat et
 temptatur
 tempora,
 imperio la
 At re
 praesensit
 omnia tut
 detulit ar
 saevit ino
 haechatur
 Thyias, u
 orgia noc
 tandem h
 dissimula
 posse ne
 nec te m
 nec mor
 quin etia
 et mediis
 crudelis?
 ignotas p
 Troia per
 mene fug
 (quando
 per con
 si bene
 dulce me
 oro, si q
 te propte
 odere, in
 285
 1881, 98
 Cloanthu
 312 et se

audeat adfatu? quae prima exordia sumat?
[atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc, 285
in partisque rapit varias perque omnia versat.]

250 haec alternanti potior sententia visa est.

Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Serestum:
classem aptent taciti sociosque ad litora cogant,
arma parent et, quae rebus sit causa novandis, 290
dissimulent; sese interea, quando optima Dido

255 nesciat et tantos rumpi non speret amores,
temptaturum aditus et, quae mollissima fandi
tempora, quis rebus dexter modus. ocius omnes
imperio laeti parent et iussa facessunt. 295

At regina dolos (quis fallere possit amantem?)

260 praesensit motusque excepit prima futuros
omnia tuta timens. eadem impia Fama furenti
detulit armari classem cursumque parari.

saevit inops animi totamque incensa per urbem 300
bacchatur, qualis commotis excita sacris

265 Thyias, ubi audito stimulant trieterica Baccho
orgia nocturnusque vocat clamore Cithaeron.
tandem his Aenean compellat vocibus ulro:

'dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum 305
posse nefas tacitusque mea decedere terra

270 nec te noster amor nec te data dextera quondam
nec moritura tenet crudeli funere Dido?

quin etiam hiberno moliris sidere classem
et mediis properas aquilonibus ire per altum,

275 crudelis? quid? si non arva aliena domosque
ignotas peteres et Troia antiqua maneret,

Troia per undosum peteretur classibus aequor?
mene fugis? per ego has lacrimas dextramque tuam te

(quando aliud mihi iam miserae nihil ipsa reliqui), 315
per conubia nostra, per inceptos hymenaeos,

280 si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
dulce meum, miserere domus labentis et istam,

oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem!
te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni 320
odere, infensi Tyrii; te propter eundem

285 *utque* Heins. 285/6 (= VIII 20/1) secl. Brunck, def. Kv.
1881, 98 et Albr. 399. 286 om. F¹P¹ Ribb. Lad. 288 *Serestum*
Cloanthum Tib. Donatus π, cf. XII 561. 295 *ac* M²b Lad. Ribb.
312 *et*] *sed* P¹ Ribb. *si* m Goth. III.

extinctus pudor et, qua sola sidera adibam,
 fama prior. cui me moribundam deseris, hospes
 (hoc solum nomen quoniam de coniuge restat)?
 quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater 325
 destruat, aut captam ducat Gaetulus Iarbas?
 saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
 ante fugam suboles, si quis mihi parvulus aula
 luderet Aeneas, qui te tamen ore referret,
 non equidem omnino capta ac deserta viderer.' 330
 Dixerat. ille Iovis monitis immota tenebat
 lumina et obnixus curam sub corde premebat.
 tandem pauca refert: 'ego te, quae plurima fando
 enumerare vales, numquam, regina, negabo
 promeritam; nec me meminisse pigebit Elissae, 335
 dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.
 pro re pauca loquar. neque ego hanc abscondere furto
 speravi (ne finge) fugam nec coniugis umquam
 praetendi taedas aut haec in foedera veni.
 me si fata meis paterentur ducere vitam 340
auspicis et sponte mea componere curas,
urbem Troianam primum dulcisque meorum
reliquias colerem, Priami tecta alta manerent
 et recidiva manu posuissem Pergama victis.
 sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo, 345
 Italiam Lyciae iussere capessere sortes;
 hic amor, haec patria est. si te Karthaginis arces
 Phoenissam Libycaeque aspectus detinet urbis,
 quae tandem Ausonia Teucros considerare terra
 invidia est? et nos fas extera quaerere regna. 350
 me patris Anchisae, quotiens umentibus umbris
 nox operit terras, quotiens astra ignea surgunt,
 admonet in somnis et turbida terret imago;
 me puer Ascanius capitisque iniuria cari,
 quem regno Hesperiae fraudo et fatalibus arvis. 355
 nunc etiam interpretes divom Iove missus ab ipso
 (testor utrumque caput) celeris mandata per auras
 detulit; ipse deum manifesto in lumine vidi
 intrantem muros vocemque his auribus hausi.

327/30 damn. Bros., 328 *si quis* . . *Aeneas* 329 Gebh. ZGW. 1878,
 227, ut *qui* mutetur in *quae*. 337 *pro me* Bähr. 1887, 816.
 343 *Priami* . . *manerent* damn. Peerlk. et Ribb. post 355 v. de-
 siderat Ribb.

desine meo
 Italiam no
 Talia
 huc illuc
 luminibus
 nec tibi d
 perlide, se
 Caucasus I
 nam quid
 num fletu
 num lacrim
 quae quib
 nec Satur
 nusquam t
 excepi et
 amissam c
 heu furis
 nunc Lyc
 interpre
 scilicet is
 sollicitat.
 i, sequere
 spero equ
 supplicia
 saepe vo
 et, cum
 omnibus
 audiam et
 his medi
 aegra fug
 linquens
 dicere. s
 marmor
 At p
 solando o
 multa ger
 iussa tam
 375
 378 dicta
 satur Kl.
 387 ut di
 Ribb.

desine meque tuis incendere teque querellis; 360
 Italiam non sponte sequor.²

925 Talia dicentem iamdudum aversa tuetur
 huc illuc volvens oculos totumque pererrat
 luminibus tacitis et sic accensa profatur:
 'nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor, 365
 perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
 Caucasus Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

930 nam quid dissimulo aut quae me ad maiora reservo?
 num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?

num lacrimas victus dedit aut miseratus amantem est? 370
 quae quibus anteferam? iam iam nec maxima Iuno

935 nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.
 nusquam tuta fides. eiectum litore, egentem
 excepi et regni demens in parte locavi;
 amissam classem, socios a morte reduxi. 375

940 heu furiis incensa feror! nunc augur Apollo,
 nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso
 interpretes divom fert horrida iussa per auras.
 scilicet is superis labor est, ea cura quietos 380

sollicitat. neque te teneo neque dicta refello;
 i, sequere Italiam, ventis pete regna per undas.

945 spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
 supplicia hausurum scopulis et nomine Dido
 saepe vocaturum. sequar atris ignibus absens

et, cum frigida mors anima seduxerit artus, 385
 omnibus umbra locis adero. dabis, improbe, poenas:

audiam et haec manis veniet mihi fama sub imos.³
 950 his medium dictis sermonem abrumpit et auras
 aegra fugit seque ex oculis avertit et aufert

linguens multa metu cunctantem et multa volentem
 dicere. suscipiunt famulae conlapsaque membra

955 marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt.
 At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
 solando cupit et dictis avertere curas

multa gemens magnoque animum labefactus amore, 395
 iussa tamen divom exsequitur classemque revisit.

375 damn. Bryant et Ribb. amissam] a flammis Peerlk.
 378 dicta M (cf. 226). 381 post ventis dist. Kv. 1881, 109; ad-
 satur Kl. 1882, 16; cf. Serv. 385 post 386 poni iussit Peerlk.
 387 ut dittogr. secl. Rbb. 390 volentem] parantem libri praeter Mc;
 Ribb. 395 om. Parrhas., secl. Rbb.

tum vero Teuceri incumbunt et litore celsas
deducunt toto navis: natat uncta carina
frondentisque ferunt remos et robora silvis
infabricata fugae studio. 400

« migrantis cernas totaque ex urbe ruentis.
ac velut ingentem formicae farris acervum
cum populant hiemis memores tectoque reponunt;
it nigrum campis agmen praedamque per herbas
convectant calle angusto; pars grandia trudunt 405
obnixae frumenta umeris, pars agmina cogunt
castigantque moras; opere omnis semita fervet. . .
quis tibi tum, Dido, cernenti talia sensus,
quosve dabas gemitus, cum litora fervere late
prospiceres arce ex summa totumque videres 410
misceri ante oculos tantis clamoribus aequor!
improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis!
ire iterum in lacrimas, iterum temptare precando
cogitur et supplex animos submittere amori,
ne quid inexpertum frustra moritura relinquit. 415

Anna, vides toto properari litore; circum ^{argum}
undique convenere; vocat iam carbasus auras, ^{f. Toid. ep.}
puppibus et laeti nautae imposuere coronas.
hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
et perferre, soror, potero. miserae hoc tamen unum 420
exsequere, Anna, mihi; solam nam perfidus ille
te colere, arcanos etiam tibi credere sensus;
sola viri mollis aditus et tempora noras. ^{f. 293}
i, soror, atque hostem supplex adfare superbum.
non ego cum Danais Troianam excindere gentem 425
Aulide iuravi classemve ad Pergama misi,
nec patris Anchisae cinerem manisve revelli. ^{f.}
cur mea dicta negat duras demittere in auris?
quo ruit? extremum hoc miserae det munus amanti: ^{Luc. III.}
expectet facilemque fugam ventosque ferentis. 430
non iam coniugium antiquum, quod perdidit, oro,
nec pulchro ut Latio careat regnumque relinquit;
tempus inane peto, requiem spatiumque furori,
dum mea me victam doceat fortuna dolere.

415 i. (*frustra monitura!*) rel. Kv. 1881, 117. 416 Serv. dist.
post *circum*, non ante. 418 improb. Prob. ap. Serv. pl. 427 *cineres*
libri praeter M, rec. Ribb. 428 *neget* M²P¹ (cf. Serv. pl.) Ribb.

extremam ha
quam mihi ex
Talibus
fertque ref
sibus aut
fata obstant
ae velut ann
Alpini Borea
erueret inter
consternant
ipsa haeret
aetherias, ta
haud secus
tunditur et
mens immo
Tum v
Mortem ora
quo magis
vidit, turci
(horrendum
fusaque in
hoc visum
praeterea
coniugis
velleribus
hinc exau
visa *viri*,
solaque cu
saepe quer
multaque
terribili m
in somnis
sola sibi
ire viam
Enmenidu
435 o
Varius prob
Ribb. et
cumulatum
cum. . . r
Peerk.
compires.
M (cf. Ser

extremam hanc oro veniam (miserere sororis),
 quam mihi cum dederis, cumulatam morte remittam. ^{f. Ed. VIII, 59.}
 435

Talibus orabat, talisque miserima fletus
 fertque refertque soror. sed nullis ille movetur
 fletibus aut voces ullas tractabilis audit;
 fata obstant placidasque viri deus obstruit auris. 440

ac velut annoso validam cum robore quercum
 Alpini Boreae nunc hinc nunc flatibus illinc
 eruere inter se certant; it stridor et altae
 consternunt terram concusso stipite frondes;
 ipsa haeret scopulis et, quantum vertice ad auras 445
 aetherias, tantum radice in Tartara tendit:
 haud secus adsiduis hinc atque hinc vocibus heros
 tunditur et magno persentit pectore curas;
 mens immota manet, lacrimae volvuntur inanes.

Tum vero infelix fatis exterrita Dido 450
 Mortem orat; taedet caeli convexa tueri.

quo magis inceptum peragat lucemque relinquat,
 vidit, turicremis cum dona imponeret aris,
 (horrendum dictu) latices nigrescere sacros
 fusaque in obscenum se vertere vina cruorem. 455
 hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.

praeterea fuit in tectis de marmore templum
 coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
 velleribus niveis et festa fronde revinctum:
 hinc exaudiri voces et verba vocantis 460
 visa viri, nox cum terras obscura teneret;

solaque culminibus ferali carmine bubo
 saepe queri et longas in fletum ducere voces.
 multaque praeterea vatium praedicta piorum
 terribili monitu horrificant. agit ipse furentem 465
 in somnis ferus Aeneas; semperque relinqui

sola sibi, semper longam incommitata videtur
 ire viam et Tyrios deserta quaerere terra.
 Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus

435 ora Lad. 436 dederis $\gamma^2abc\pi$ quam lectionem Tuca et Varius probant Serv. *cumulata* M cf. Serv. (*cumulate?*) *monte* ex con. Ribb. *et morte* Kern GPr. Schweinfurt 1881, 29. *rite* Bähr. 1887, 818. *cumulatum* vel *cum multo munere mittam* Kl. ZöG. 1881, 598. *verba cum. . . rem.* damn. Brandt ZGW. 1874, 86, totum vers. Gofsr., 435/6 Peerlk. 439 *haud* Goth. I., Ribb. 446 *radicem* MP¹ γ^2 Servii cod. complures. 459 *festas* maesta prop. Kl. 464 *priorum* libri praeter M (cf. Serv.); Lad. 469 *Euthiadum* Tyrrell Eur. Bacch. 918.

et solem geminum et duplicis se ostendere Thebas, 470
 aut Agamemnonius scaenis agitatus Orestes
 armatam facibus matrem et serpentibus atris
 cum fugit, ultricesque sedent in limine Dirae.

Ergo ubi concepit furias evicta dolore 475
 decrevitque mori, tempus secum ipsa modumque
 exigit ac maestam dictis adgressa sororem
 consilium voltu tegit ac spem fronte serenat: *Pa. d. XI, 367*

inveni, germana, viam (gratare sorori),
 quae mihi reddat eum vel eo me solvat amantem.

Oceani finem iuxta solemque cadentem 480
 ultimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas
 axem umero torquet stellis ardentibus aptum: *-VI, 796*

hinc mihi Massylae gentis monstrata sacerdos,
 Hesperidum templi custos, epulasque draconi
 quae dabat et sacros servabat in arbore ramos 485

[spargens umida mella soporiferumque papaver]. *N. 414*
 haec se carminibus promittit solvere mentes, *(contrari um? componere melle)*

quas velit, ast aliis duras immittere curas, *g. I. 179.*
 sistere aquam fluvii et vertere sidera retro, 490
 nocturnosque movet manis; mugire videbis
 sub pedibus terram et descendere montibus ornos.

testor, cara, deos et te, germana, tuumque
 dulce caput, magicas invitam accingier artis.

tu secreta pyram tecto interiore sub auras
 erige et arma viri, thalamo quae fixa reliquit 495
 impius, exuviasque omnis lectumque iugalem,
 quo perii, superimponas: abolere nefandi

cuncta viri monumenta iuvat monstratque sacerdos.
 haec effata silet; pallor simul occupat ora.

non tamen Anna novis praetexere funera sacris 500
 germanam credit nec tantos mente furores
 concipit aut graviora timet, quam morte Sychaei.
 ergo iussa parat.

At regina pyra penetrali in sede sub auras
 erecta ingenti taedis atque ilice secta 505
 intenditque locum sertis et fronde coronat
 funerea; super exuvias enseque relictum

471 *agitatur* Kl. ZöG. 1881, 588. 485 et *sop. pap.* 486 damn. Kv. 1881, 136. *ei]* is C. Regel GPr. Celle 1866, 23, ut verba *is . . ramos* in parenthesi ponantur. 486 post 517 pos. Ribb., excl. Schrader. 502 *concupere* Jort. 473.

elligentque toro
 sunt arae circum
 ter centum ton
 tergeminaque
 sparserat et h
 bilibus et mess
 pubentes herbae
 queritur et nas
 ei matri praerep
 ipsa mola man
 nom exita ped
 testatur moritur
 sidera; tum, si
 curae numen h
 Nox erat et
 corpora per terr
 agora, cum m
 cum laet omni
 quaeque lacus
 cum tenent, so
 bobant curas
 non infel
 nitur in sot
 impit: ingen
 erit amor n
 deo insis
 ea, quid ago
 aperiar Noma
 quis ego sim
 illas igitur c
 nisse sequar?
 et bene apod
 quis me aut
 nvisam accip
 Laomedontae
 quid tum? sol
 in Tyris om
 iterar et, qu
 rursus agam
 517 mola
 233) em. MPy
 737, et. Serv

effigiemque toro locat haud ignara futuri.
stant arae circum, et crinis effusa sacerdos
ter centum tonat ore deos, Erebumque Chaosque 510
tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.
sparserat et latices simulatos fontis Averni,
475 falcibus et messae ad lunam quaeruntur aënis
pubentes herbae nigri cum lacte veneni;
quaeritur et nascentis equi de fronte revolsus 515
et matri praereptus amor.

ipsa mola manibusque piis altaria iuxta
unum exuta pedem vinclis in veste recincta
testatur moritura deos et conscia fati
sidera; tum, si quod non aequo foedere amantis 520
curae numen habet iustumque memorque, precatur.

Nox erat et placidum carpebant fessa soporem
corpora per terras silvaeque et saeva quierant
aequora, cum medio volvuntur sidera lapsu,
cum tacet omnis ager, pecudes pictaeque volucres, 525
quaeque lacus late liquidos, quaeque aspera dumis
rura tenent, somno positae sub nocte silenti.

tenibant curas et corda oblita laborum.

at non infelix animi Phoenissa neque umquam
solvitur in somnos oculisve aut pectore noctem
accipit: ingeminant curae rursusque resurgens
saevit amor magnoque irarum fluctuat aestu.

sic adeo insistit secumque ita corde volutat:
en, quid ago? rursusne procos inrisa priores
experiar Nomadumque petam conubia supplex, 535
quos ego sim totiens iam dedignata maritos?

Iliacas igitur classis atque ultima Teucrum
iussa sequar? quia ne auxilio iuvat ante levatos
et bene apud memores veteris stat gratia facti?
quis me autem, fac velle, sinet ratibusve superbis
invisam accipiet? nescis heu, perdita, necdum
Laomedontae sentis periuria gentis?

quid tum? sola fuga nautas comitabor ovantis?
an Tyriis omnique manu stipata meorum
inferar et, quos Sidonia vix urbe revelli, 545
rursus agam pelago et ventis dare vela iubebo?

517 *molam* MP γ^1 Ribb., cf. ad 486. *pians* Bros. 528 (~ IX
225) om. MP γ^1 a¹ b² c¹ m. 529 *nec libri* pr. M¹ P¹ 541 *inrisam* M²
 γ^2 b¹ π , cf. Serv.

f. Quinl. 259
530 Br. m. X. 509
mal. statim. Th. III.

IX, 209. *Strenua*

f. 264. IX. VI. 167

pap. 486 damn.
ut verba is...
excl. Schrader.

quin morere, ut merita es, ferroque averte dolorem! —

tu lacrimis evicta meis, tu prima furentem
his, germana, malis oneras atque obigis hosti.
non licuit thalami expertem sine crimine vitam
degere, more ferae, talis nec tangere curas!
non servata fides cineri promissa Sychaeo!
tantos illa suo rumpebat pectore questus.

Aeneas celsa in puppi iam certus eundi
carpebat somnos rebus iam rite paratis.

huic se forma dei voltu redeuntis eodem
obtulit in somnis rursusque ita visa monere est,
omnia Mercurio similis, vocemque coloremque
et crinis flavos et membra decora iuventa:

'nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos,
nec, quae te circum stent deinde pericula, cernis,
demens! nec zephyros audis spirare secundos?
illa dolos dirumque nefas in pectore versat
certa mori varioque irarum fluctuat aestu.

non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?
iam mare turbari trabibus saevasque videbis
conlucere faces, iam fervere litora flammis,
si te his attigerit terris Aurora morantem.
heia age, rumpe moras. varium et mutabile semper
femina. sic fatus nocti se immiscuit atrae.

Tum vero Aeneas subitis exterritus umbris
corripit e somno corpus sociosque fatigat:
'praecipites vigilate, viri, et considite transtris;
solvite vela citi. deus aethere missus ab alto
festinare fugam tortosque incidere funis

ecce iterum stimulat. sequimur te, sancte deorum,
quisquis es, imperioque iterum paremus ovantes.

adsis o placidusque iuves et sidera caelo
dextra feras.' dixit vaginaque eripit ensem
fulmineum strictoque ferit retinacula ferro.

idem omnis simul arbor habet, rapiuntque ruuntque;
litora deseruere, latet sub classibus aequor;

548/9 Ribb. addito lac. signo pos. post 418, Gebh. damn., def. Albr. 401. 552 Sychaei M¹ 'vetusti' Pier. Sychaeies P¹ 558/9 (~ IX 650 s.) damn. Gebh. 559 iuventae P¹ Serv. Ribb. 561 stent dira p. Heidtm. 1885, 10. 564 variosque FP¹b²cm svariogue M¹ concitat FP¹cm aestus P¹b²cm Ribb. 573 praecipites a verbo fatigat pendere vol. dist. postpos. 'nonnulli' ap. Serv. pl., def. Kv. 1881, 186. praecipiens Häberlin PhA. 1887, 601.

adixi torqu

Et iam

Tithoni croc

regina e

vidit et ac

litora que et

terque quate

flaventisque

hic ait et

non arma e

diripientque

ferre citi fla

quid loquor

infelix Dido

tum decuit,

quem secum

quem subiis

non potui a

spargere? n

Ascanium p

verum ance

quem melu

implessemq

cum gener

sol, qui te

tuque haru

nocturnisq

et Dirae ul

accipite hac

et nostras a

infandum c

et sic fata

at bello au

limibus ext

auxilium in

funera; nec

tradiderit,

583 (=

586 primam

621. 593

594 tela) ve

tasse M

Vergilius.

adnixi torquent spumas et caerula verrunt.

Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile: 585

regina e speculis ut primum albescere lucem
vidit et aequatis classem procedere velis

litoraque et vacuos sensit sine remige portus,
terque quaterque manu pectus percussa decorum

flaventisque abscissa comas pro Iuppiter! ibit 590
hic' ait et nostris inluserit advena regnis?

non arma expedient totaque ex urbe sequentur
diripientque rates alii navalibus? ite,

ferte citi flammis, date tela, impellite remos! —
quid loquor? aut ubi sum? quae mentem insania mutat? 595

infelix Dido! nunc te facta impia tangunt?
tum decuit, cum sceptras dabas. — en dextra fidesque,

quem secum patrios aiunt portare penatis,
quem subiisse umeris confectum aetate parentem! —

non potui abreptum divellere corpus et undis 600
spargere? non socios, non ipsum absumere ferro

Ascanium patriisque epulandum ponere mensis? —
verum anceps pugnae fuerat fortuna. — fuisset;

quem metui moritura? faces in castra tulissem 605
implessemque foros flammis natumque patremque

cum genere exstinxem, memet super ipsa dedissem. —
sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,

tuque harum interpres curarum et conscia Iuno
nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes

et Dirae ultrices et di morientis Elissae, 610
accipite haec meritumque malis advertite numen

et nostras audite preces. si tangere portus
infandum caput ac terris adnare necesse est

et sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret, 615
at bello audacis populi vexatus et armis,

finibus extorris, complexu avolsus Iuli
auxilium impleret videatque indigna suorum

funera; nec, cum se sub leges pacis iniquae
tradiderit, regno aut optata luce fruatur;

583 (= III 208) damn. Gebh. 584/5 (= IX 459 s.) damn. Peerlk.
586 *primam* P¹ y¹ a Ribb. 587 *arguatis* C. Fr. Hermann RhM. 1850,
621. 593 *derip.* Heins., Wagn. LV. 37, Rbb. damn. v. Kl. 1883, 15.
594 *tela*] *vela* Menag. I, grammat.; cf. Rbb. Prol. 356. 598 *por-*
tasse M 610 *et di*] *fidei* commate postpos. Speijer.

f. 697.

sed cadat ante diem mediaque inhumatus harena. . . . 620
 haec precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo.
 tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum
 exercete odiis cinerique haec mittite nostro
 munera. nullus amor populis nec foedera sunt.
 exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, 625
 qui face Dardanios ferroque sequare colonos,
 nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.
 litora litoribus contraria, fluctibus undas
 improcor, arma armis; pugnent ipsique nepotesque!
 haec ait et partis animum versabat in omnis 630
 invisam quaerens quam primum abrupere lucem.
 Tum breviter Barcen nutricem adfata Sychaei
 (namque suam patria antiqua cinis ater habebat):
 'Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem;
 dic, corpus properet fluviali spargere lympha 635
 et pecudes secum et monstrata piacula ducat;
 sic veniat; tuque ipsa pia tege tempora vitta.
 sacra Iovi Stygio, quae rite incepta paravi,
 perficere est animus finemque imponere curis
 Dardaniique rogam capitis permittere flammae.' 640
 sic ait. illa gradum studio celerabat anili.
 at trepida et coeptis immanibus efferat Dido
 sanguineam volvens aciem maculisque trementis
 interfusa genas et pallida morte futura
 interiora domus inrumpit limina et altos 645
 conscendit furibunda rogos ensemque recludit
 Dardanium, non hos quaesitum munus in usus.
 hic, postquam Iliacas vestes notumque cubile
 conspexit, paulum lacrimis et mente morata,
 incubuitque toro dixitque novissima verba: 650
 'dulces exuviae, dum fata deusque sinebat,
 accipite hanc animam meque his exsolve curis.
 vixi et, quem dederat cursum fortuna, peregi,
 et nunc magna mei sub terras ibit imago.
 urbem praeclaram statui; mea moenia vidi; 655
 ulta virum poenas inimico a fratre recepi;

620 *mediaque*] *iaceatque* Gent 19. Peerlk. lac. stat. haec fere
 desiderans *praeda feris iaceat*. 621 post 662 transpos. Gebh.
 633 suspect. Bryantio. 641 *celebrabat* M²Py¹ (cf. Serv. pl.) Ribb.
anilem γ²ab¹c¹ *inilem* P¹ 651 *sinebant* FP² Ribb. 655 post 656
 Mentel., Menag. II, Sprot., Rbb. 656 damn. Kv. 1881, 207.

felix, heu nimis
 numquam Dard
 dixit et os imp
 sed moriamur
 hauriat hunc
 Dardanus et no
 Dixerat; a
 conlapsam asp
 spumantem spa
 glia; concussa
 mentis gemitu
 tecta fremunt;
 non aliter, qu
 Karthago aut
 culmina perqu
 nodit exanimi
 anguibus ora
 per medios ru
 hoc illud, ge
 hoc rogos ist
 quid primum
 sprevisti me
 item ambas
 his etiam str
 roce deos, s
 sustinxi te
 Solonios urb
 abluam et, e
 ore legam.
 semianimemq
 tum gemitu a
 illa gravis oct
 deficit; infir
 ter sese attol
 ter revoluta t
 quaesivit cael
 Tum lux
 fusticisque o
 quae luctante
 nam quia ne

620 felix, heu nimium felix, si litora tantum
 numquam Dardaniae tetigissent nostra carinael'
 dixit et os impressa toro 'moriemur inultae,
 sed moriamur' ait. 'sic, sic iuvat ire sub umbras. 660
 hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
 625 Dardanus et nostrae secum ferat omina mortis.'

Dixerat; atque illam media inter talia ferro
 conlapsam aspiciunt comites ensemque cruore
 spumantem sparsasque manus. it clamor ad alta 665
atria; concussam bacchatur Fama per urbem.

630 lamentis gemituque et femineo ululatu
 tecta fremunt; resonat magnis plangoribus aether,
 non aliter, quam si immissis ruat hostibus omnis
Karthago aut antiqua Tyros flammaeque furentes 670
 culmina perque hominum volvuntur perque deorum.

635 audiit exanimis trepidoque exterrita cursu
 unguibus ora soror foedans et pectora pugnis
 per medios ruit ac morientem nomine clamat:
 'hoc illud, germana, fuit? me fraude petebas? 675

640 hoc rogos iste mihi, hoc ignes araeque parabant?
 quid primum deserta querar? comitemne sororem
 sprevisti moriens? eadem me ad fata vocasses:
 idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.
 his etiam struxi manibus patriosque vocavi 680
 voce deos, sic te ut posita crudelis abessem!

645 exstincti te meque, soror, populumque patresque
 Sidonios urbemque tuam. — date, volnera lymphis
 abluam et, extremus si quis super halitus errat,
 ore legam.' sic fata gradus evaserat altos 685
 semianimemque sinu germanam amplexa fovebat

650 cum gemitu atque atros siccabat veste cruores.
 illa gravis oculos conata attollere rursus
 deficit; infixum stridit sub pectore volnus.

655 ter sese attollens cubitoque adnixa levavit, 690
 ter revoluta toro est oculisque errantibus alto
 quaesivit caelo lucem ingemitque reperta.

Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem
 difficilisque obitus Irim demisit Olympo, 695
 quae luctantem animam nexosque resolveret artus.
 nam quia nec fato merita nec morte peribat,

662 *secum nostrae* M681 *crud. commatis saepsit* Gebh.

620

sed misera ante diem subitoque accensa furore,
 nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
 abstulerat Stygioque caput damnaverat Orco.
 ergo Iris croceis per caelum roscida pinnis
 mille trahens varios adverso sole colores
 devolat et supra caput adstitit: 'hunc ego Diti
 sacrum iussa fero teque isto corpore solvo.'
 sic ait et dextra crinem secat: omnis et una
 dilapsus calor atque in ventos vita recessit.

705

Aeneas Karthagine
 inferias patri anno
 qui nono die edunt

At primum navigat
 sed cum eo
 deinde curso ped
 tum Nisus Sal
 Nisi amici o
 tam pugilatu cu
 qui victo a
 denique prodeun
 Mnestheus vi
 quo facto sagi
 pastremo pueri

Interea muliere
 quattuor
 consilio Nautae
 plurimis f
 Veneris deprec
 ut uno Pa

Interea
 certus iter fl
 moenia reser
 conluent fl
 causa, latet
 polluto not
 triste per a
 ut pelagus
 occurrit tell
 olli caerule
 noctem hie
 ipse gubern